



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra

Hevenesi, Gábor

Coloniæ, 1715

VD18 10988289

15. Februarii. Possidenti Deum, etiamsi nihil habeat, nihil deest. S. Ignat.
apud bart. l. 4. §. 35.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

14. Februarii.

*Vinea Domini operarii altero tantum pedem
terra insistere, altero ad iter urgendum
sublevato esse debent. S. Ignat. in Epist.
Gosw. Nikl.*

Differre nolentis est. Morosus obedien-
tiam parum distat à cōtumaci: contra
ut qui citò dat, bis dat; ita qui citò parat
duplici se obedientiæ præmio dignum facit.

Quid non mora sæpius obfuit? frequen-
ter salus à momento pendet. Ubi dantur
sunt exigua, mora fortè veniam mere-
ri possit, sed ubi anima, ubi æternitas per-
iculum subit, nullâ satis pœnâ expiatur.

Parendi promptitudo excoctæ virtutis
characteristica est: cor enim omni affectu
vacuum, solumque Dei nutui intentum,
est, virum secundum cor Dei signat.

Nescit tarda molimina Spiritûs sancti
gratia: nulla certior aut celerior ad virtutem
obtinendam semita, quàm ut cum pa-
rentis nutu parentis certet promptitudo.

15. Februarii.

*Possidenti Deum, etiamsi nihil habeat, nihil
deest. S. Ignat. apud Bart. l. 4. §. 35.*

Lucrum planè mirabile, compēdiosissi-
ma ditescendi via, non multùm appe-
tere. Unum si quærimus, omnia posside-
mus. Compendium singulare ! sed quod
non invenimus, nisi alia omnia perdamus.

Facilè est, divitem fieri, ipsi nobis pau-
pertatem imponimus, dum nostræ nobis
imponunt cupiditates; has si excutiamus
facilè paupertatem sustinebimus. Quàm
diu toleramus cupiditates, tam diu sumus
nobis intolerabiles.

Beata commutatio ; modicum, imò ni-
hilum dare, & infinitum accipere. Si au-
rum habeo, quid habeo, & quamdiu ? si
Deum possideo, quid non habeo, & hoc
quam diu ?

Insanus sit, qui guttam sitit ex lacuna,
cui mare immensum præstò est purissimæ
voluptatis. Cui difficilè accidat, si liquas
præ manna nauseare ?

16. Februarii.

Etiamsi nullo superaddito laus Deo par foret, ad majorem tamen Christi imitationem eligenda potius eum eo foret paupertas, contemptus, & insipientia titulus, quam opes, honores, & doctrina existimatio. S. Ignat. vitæ l. 3. c. 3.

Uc